



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De potestate sanctissimorum Episcoporum circa ultimas voluntates
alienas. cap. xxiv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

tur Principi, & ab eo petatur licentia eligendi prælatus: interest enim Regis, vel Principis, ne eligatur sibi suspectus, qui reuelet secreta regni. l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re milit. secundum Panor. in c. quod sicut, de elect. Quod dictum intellige, & declara secundum singulare verbum Inno. in c. super his, de accusatio. Caueant tamen Principes, ne per indirectum vsurpēt iurisdictionem ecclesiasticam, c. massana, de elect. c. sciant, eod. tit. lib. vj. Nam si princeps secularis videt prælatus institutum à summo Pontifice suspectum statui suo, debet describere summo Pontifici. iuxta not. in c. super his, de accusa.

DE POTESTATE SANCTISSIMORUM
Episcoporum circa vltimas voluntates
alienas. Cap. XXVl.

S Y M M A R I V M.

- 1 Si intra annum executor testamentarius non impleuit officium suum, Episcopus potest se intromittere post annum in vltimis voluntatibus decedentium in sua diocesi.
- 2 Legatum, vel hereditas relicta pauperibus, ab Episcopo distribui debet.
- 3 Testator prohibens, ne bona stabilia vendantur, nunquid ab Episcopo pro distributione pauperum vendi possunt.
- 4 Pro paruo debito non debet executor ponere manum ad res magnas.
- 5 Episcopus distributor bonorum inter pauperes, actiones habet hereditarias.
- 6 Loca ad pios vsus deputata quæ sint.
- 7 De iure communis habere debet Episcopus regulariter quartam de mortuarijs relicto, fallit in aliquibus casibus.



Vnc aggrediamur de potestate Episcoporum circa vltimas voluntates alienas: ¶ quia de iure Episcopus potest se intromittere post annum in vltimis voluntatibus decedentium in sua diocesi, si intra annum executor testamentarius non impleuerit officium suum. c. nos quidem,

N 5 de

de testam. l. nulli, & ibi doct. C. de Episc. & cler. nisi qualitas officij daret post annum. ita Bal. in d. l. nulli, & in l. id, quod pauperibus, eod. tit. ubi dicit, quod si fieri debet monasterium, quod intra annum non potest construi, durabit executoris officium etiam post annum. Item verum in his tantum, quæ pertinent ad causas pias, non in alijs, l. ij. §. sed & si quis. C. com. de leg. & ibi Bal. nisi post annum sit a testatore prouisum: quia testator potest disponere, quod exequatore non exequente intra annum, alius puta Petrus exequatur; & sic episcopus excludatur. ita Bal. in auth. licet, C. de Episc. & cle. & in l. vnica. C. de cad. tol. & in l. si fundum, §. Stichum, de leg. j. Sed merus executor testamentarius non potest exequi per substitutum, vt notatur in c. Ioan. de testa. tenet Archi. in c. si. eo. tit. lib. vj. Bal. in d. l. nulli. Et de hoc vide Ioan. An. de elect. c. vt circa, in vj. & Oldra. in consil. xcvi. vide etiam Bertach. in d. fol. vj. eiusdem tract. ubi multa dixit in col. iij. Sed Episcopus potest alium subrogare loco executoris priuati propter male gestum officium, ad piam causam tantum, secundum Bal. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. quin etiam potest Episcopus cogere executores emendare, quod male gessit, c. tua, de testam. Spe. in tit. de instrumentorum editio. §. nunc vero aliqua. Et potest Episcopus, ac hæres testatoris, vel legatarius, vel quilibet, cuius interest, impedire malam administrationem testamentarij executoris, secundum Spe. ubi supra, & de hoc vid. Bald. in l. ij. §. sed & si quis, in lectura antiqua. C. com. de legatis. Et executor potest distribuere bona inter pauperes alterius loci, quam in quo sunt factæ rapinae. Bal. in d. l. id, quod pauperibus. & vide Frede. de Senis in consil. xxxj. & vide Bart. in authen. omnes peregrini. C. com. de success. Hostien. contra in c. cum tu, de vsur. quod nota bene. † Episcopus etiam debet hereditatem, vel legatum relictum pauperibus distribuere, doct. in l. si quis ad declinandam, C. de Episc. & cle. Inno. in c. cum tibi, de testa. Quin etiam si simpliciter est relicta hereditas, quam executor distribuatur, intelligitur scilicet ad pias causas pro anima testatoris inter pauperes: vt tenet Bal. in l. executores, ij. col. C. de executione rei iudi. ubi dicit de hoc esse casum nota-

notabile in d. c. cum tibi. Et relictum pro anima intelligitur ad pias causas. glo. & ibi Barto. in l. si quis Titio, de lega. ij. Bald. in l. j. C. de sacrosan. eccle. Et intellige prædicta de pauperibus loci, in quo testamentum factum est, & usura extorta, vel alias male ablata, secundum Bal. in l. j. C. de bonis auct. iud. pos. Vide tamen Spe. vbi supra, vers. lxx. & ibi Ioan. And. in addi. Ideo dicit Bal. in c. iniuria, de pa. iuram. fir. quod restitutio male ablatorum incertorum, & rapinarum debet fieri per Episcopos locorum, in quibus rapinae factae sunt. Et de hoc vid. Host. in c. cum tu, de usu.

Excommunicatus in casu clementi, eos qui, de sepulchris, debet satisfacere arbitrio diocesani. & de hoc vid. Cardin. in d. Clemen. eos.

† Nunquid Episcopus possit vendere bona stabilia, vt 3 distribuatur inter pauperes, si testator prohibuit ea vendi? dic, quod sic; vt tenet Bald. in d. l. si quis ad declinandam, ij. col. & ibi etiam vide Bart. C. de Epif. & cle. Quod intellige verum, si defuncti nomina debitorum, & bona mobilia, in quibus primo debet executor ponere manum, videlicet prius a nominibus debitorum est inchoandum, quam ad mobilia veniendum pro satisfactione testamentorum, secundum Nicol. de Neapol. in l. magis puto. §. in primis. ff. de reb. eorum. Secundo ad mobilia, priusquam ad immobilia, secundum Bald. in l. fin. §. fin. autem. C. de bonis, quae lib. & Bar. in l. alio hærede. ff. de alimen. & cib. leg. Nec potest Episcopus, vel executor testamenti plus de bonis vendere, quam sit opus pro satisfactione testamenti, d. §. si autem legata. & ibi Bald. Vbi etiam not. quod pro 4 paruo debito non debet executor ponere manum ad res magnas, quod etiam tenet Ange. in authen. de alie. & emphy. §. hoc etiam, v. colum. collat. ix. & in l. in j. C. quando decreto opus non est. & ibi glo. quae sic debet intelligi, alias reprobatur per l. magis. §. in primis. ff. de reb. eorum, secundum Bart. ibi, & Nico. de Neapol. in l. j. in prin. ff. eo. Vbi dicit, quod non potest vendere de bonis hereditarijs pro satisfactione testamenti, ita Bar. in l. alio, de alimen. & cib. a. lega. nisi quando executor esset heres vniuersalis, vel quando aliter non posset satisfieri voluntati testatoris, se-

secundum Spe. in tit. de instru. editio. §. nunc verò aliqua. & ibi vide Bal. in addi. Fallit etiam, quando testator dedit potestatem vendendi, secundum Bart. in l. j. §. ff. de rebus eorum. quo casu venditio facta per testatorem poterit ratificari per heredem. ita Bal. in authen. si captiui. C. de Epif. & cler.

† Et Episcopus distributor bonorum inter pauperes habet actiones hereditarias, sicut haeres & executor testamentarius, secundum doct. in l. si quis ad declinandam. C. de Epif. & cler. propterea dicit Episcopum esse mittendum in possessionem hereditatis relictæ pauperibus ad distribuendum ex beneficio. l. fin. C. de edicto diui Adria. toll. & vide de hoc Inno. in c. cum tibi, de testamen. Et Episcopus cogit ex officio implorato per supplicationem ei porrectam solui legatum factum fratribus, ita Bald. in l. j. C. de fideicommiss. & l. eam, quam eodem tit. Vbi dicit, quod pia legata petuntur officio iudicis secularis, vel officio Episcopi. tenet Bart. in l. solent. ff. de alim. lega. † Et multa sunt loca ad pios vsus deputata; quorum aliqua vocantur hospitalia; aliqua domus de misericordia; aliqua à rectoribus nominantur domus de fraternitate; & aliqua sunt altaria, in quibus celebrantur diuina; Aliqua sunt simpliciter domus, in quibus seruat hospitalitas, & alia opera pietatis. Item istorum aliqua reguntur per clericos, aliqua per laicos sine autoritate Episcopi. Et huiusmodi locis multa per fideles in testamentis, & vltimis voluntatibus relinquuntur pro remedio animarum. An autem Episcopus ab eis de prædictis relictis quartam petere possit, † quia certum est, Episcopum de iure communi debere habere quartam regulariter de mortuarijs relictis. Sed fallit in casibus priuilegiatis ab homine, vel à iure. Casus autem priuilegiati à iure habentur, de testamen. c. fin. & in c. ex parte, de verborum signifi. & ibi doct. & in tracta. de canonica portione, & de quarta, in volumine tractatum xj. fol. 230. Et de canonica Episcopali, & parochiali videbis tractatum Petri de Vbaldis in eodem vol. xj. fol. 236. & de canonica portione, vide tract. Ioannis Hugonis in vol. octauo tractatum de officio quatuor prelatorum, fol. 91. & de

cano-

canonizatione sanctorum. vid. tractatum Maluerij in volum. ix. tractatum, fol. 126.

Item reductio ad arbitrium boni viri à laudo dato per dictos arbitros, quorum vnus sit clericus, alter laicus, debet peti coram Episcopo. ita Bald. in l. precipimus. C. de appel. & Lanfrancus in tract. de arbitro. 7. par. q. xliij. Idem & quando laudum est iuratum, notatur in c. cum laicus, de for. compet. in vj. Item si laudum sit latum super matrimonio, vel alia re spirituali. ita docto, in c. quinta vallis, de iurreiuran. Sed clericus executor testamenti debet inventarium facere coram iudice laico, ita Ang. in l. j. §. hæc stipulatio, ff. si cui plusquam per l. falci. xiiij. col.

DE VICARIO SANCTISSIMORVM

Episcoporum, & Episcopali præstantia.

Cap. XXVII.

S V M M A R I V M.

- 1 Vicarius Episcopi dicitur ordinarius, & an cognoscat de causa Episcopo delegata, & e contra.
- 2 Beneficia ecclesiastica à Vicario generali Episcopi conferri videntur possunt, nisi habeat specialem commissionem.
- 3 Potestas Episcoporum magna est, quia sunt fundamenta sanctorum montium.
- 4 Prælati sunt successores Apostolorum. Item in vita contemplatiua, & actiua perfecti esse debent, præ cæteris etiam debent esse excellentes, quoad quatuor.

Episcopi Vicarius dicitur ordinarius, not. in c. ij. de consuet. lib. vj. & in c. perlectis, xxv. distinct. Sed non potest creare alterum vicarium. tenet Hostien. in c. clericus, de offi. vica. An autem vicarius Episcopi cognoscat de causa delegata Episcopo, & e contra, respondeo non. Vnde Episcopus nō cognoscit de causa delegata suo vicario sub nomine proprio, & dignitatis, vel proprio tantum; secus si sub nomine dignitatis tantum; quia cognoscit Episcopus vicario mortuo, vel remoto, vt per Inno. in c. eam te, de